CATALOGVS
PRAELECTIONUM
PUBLICE ET PRIVATIM
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA
PER AESTATEM
A. S. R. cIↃIↃccLXVII.
HABENDARUM.

BUETZOVII
TYPIS JOHANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. PRINC. AUL.
ET ACADEM. TYPOGR.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010



PRAELECTIONES THEOLOGICAE.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Conſiſt. Ducal. Conſil. Prælectiones *DOGMATICO-POLEMICAS*, juvante Deo, continuabit: ut & Tractationem *EXEGETICAM* LL. N. T. In *THEOLOGIA MORALI*, abſoluta per ſuperius ſemeſtre *parte prima*, tradet *partem alteram*, ſive *JURISPRUDENTIAM DIVINAM.*

JURISCONSVLTORVM.

D. ERN. JO. FRIED. MANTZEL, Conſil. & Prof. Ducalis:

I. Continuabit D. v. & abſolvet, per æſtivam periodum, ſyſtematico ordine, typis exſcripto, *Pandectas*, Romano-Germanico-Patrias: Theoretico-Practice, juncta Bibliotheca Juridica. Superſunt, ceu Objecta, Materiæ, *Matrimonialis*, *Concursus Creditorum* & *Servitutum*: *Jus Succeſſorium qvadruplex*, *Filum Practicum* & Criminalia.

II. Docebit, publice, in gratiam utriusqve Facultatis Studioſorum, *Jus Canonico-Pontificio-Eccleſiaſticum*, Commune

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

& Mecklenburgicum, ex fontibus, adhibito *Kahlio*, cum aliis, Bibliothecam facientibus.

III. Melioribus conditionibus, iterum communicabit, ex fontibus, integrum. *Jus Mecklenburgicum;* Item, Horis intercalaribus, *Artem Diplomaticam:* Nec deerit hebdomadatim, ambientibus *Vivam Practicam Practicatam* & *Conventus Disputatorios.* Benedicat Deus T. O. M.

ADOLPH. FRIED. TRENDELENBVRG, AA. LL. M. Phil. & I. V. D. huiusque P. P. O. finitis ſcholis hibernis, aeſtiuas aperiet Iuris ciuilis priuati Romani & Germanici. Romani quidem iuris elementa exponet hora XI ſecundum ordinem *Inſtitutionum* Imperatoris Iuſtiniani, *HEINECCIUM* ducem ſequuturus, ita, vt inprimis quoque doceat, rationem, qua ex antiquis populi Romani inſtitutis ſcitisque, Senatus auctoritate, prudentum interpretatione, iurisdictione praetoris, Imperatorum denique ſanctionibus paullatim enata ſit illa iuris Byzantini compages, quae ad haec tempora peruenit, inque fora noſtra irrepſit. Pleniorem autem eius iuris notitiam, deque eius vſu in foris noſtris ſcientiam cupientibus parabit, ſecundum ordinem illorum Iuris noſtri librorum, quibus ipſe Iuſtinianus omnia contineri voluit, horis X & II ad *BOEHMERI introductionem in Ius Digeſtorum* commentaturus. Quas quidem vtrasque ſcholas hac ipſa aeſtate finiet, committens audientium arbitrio, vtrum Pandectarum libros continua ſerie explicari, an in praelectionibus eos titulos ex iisdem extrudi malint, qui vbique ſine certa ratione diſperſi, pertinent ad ipſam rem forenſem, eosque ipſos alia quadam hora, quae commoda videbitur, ſecundum ordinem, quo hodie cauſſae ciuiles in iudiciis noſtris, tam ordinarie, quam extra ordinem & ſummariter pertractantur, diſpoſitos, ita explicari, vt vbiuis doceatur, quantum differant Romanorum inſtituta forenſia a noſtris, magnam quidem partem ab iis profectis, vehementer tamen immutatis. Ne vero vnice in Romanorum legum latione ſubſiſtamus, aut ea tantum diſcamus, quae ex illa ad haec tempora detorta ſaepe magis, quam adplicata ſunt, ideoque noſtri in illam incidant exprobrationem, qua olim Q. Mucium

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

um obiurgaſſe Seruium a Pomponio (c. 2. §. 42. D. de O. I.) adcepimus, iunget prioribus illis, iuris Germanici ſcholas, Illuſtr. *EISENHARTI* libellum hora VIII explicaturus, ita, vt ad Prolegomena audientibus paret vberiorem hiſtoriae Iuris Germanici in genere, & inprimis hiſtoriae Iurium legumque Megapolenſium notitiam, in ſingulis rebus vero non tantum quid Iuris Germanici vniuerſalis ſit, doceat, verum quoque quid in re quaque ex legibus moribusque patriis in Megapoli obtineat, tradat. Denique qui non audire tantum volunt, iis quoque vt quae ſciunt ſcite recteque eloqui diſcant, copiam dabit, inſtituendo exercitationes *diſputatorias*, in quibus ita verſabitur, vt non tantum, quae dialectici de disputandi arte praecipiunt in memoriam iis reuocet, eaque in vſum deducere eos doceat, verum quoque qua ratione quisque in certamine inſtituto aut a regulis recti aut ab elegantiae praeceptis aberrauerit, ſingulos finito quouis certamine breuiter admoneat, ſermonis quoque caſtitatis, quantum fieri poterit, rationem habiturus.

HERMANNUS BECKER, LL. D. & P. P. O. lectiones ſuas & manuductiones in iurisprudentiam civilem priuatam, eccleſiaſticam, & criminalem, conſueto modo offert, & vlteriorem determinationem publicae tabulae reſeruat.

IO. MATTH. MARTINI, LL. D. & P. P. O. abſolutis iam & feliciter ad finem perductis collegiis proxima hieme inchoatis, nova ſeqventia, ſemeſtri itidem abſolvenda; & quidem publice

I. iuris uniuerſi hiſtoriam

II. privatim autem inſtitutiones iuris civilis, qua hactenus ſolebat via; nec minus

III. ius feudale, denique

IV. hiſtoriam mecklenburgicam ad filum compendii ſui quod ſub prelo eſt

cupientibus ſua uti manuductione offert; neque iis deerit qui collegio disputatorio intereſſe cupiunt. Horas e tabula ſpeciatim indicabit.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010 5 of 8

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Med. P. P. O. & Sereniſſ. Duc. Megap. Conſil. Aulic. ad finem perductis Prælectionibus, ſub primordiis ſemeſtris hyberni indicatis, publice regulas rite concinnandi formulas ſic dictas medicas explicabit, dein circa medendi methodum generalem erit occupatus. Privatim continuabit inſtitutiones artis ſalutaris, Dnn. Philiatris hucusque ſine intermiſſione traditas. Adſiſtat porro ſummum Numen his acroaſibus noſtris!

D. AVGVSTVS SCHAARSCHMIDT, Medicinæ & Chirurgiæ P. P. O. traditis Antropologiæ pariter ac Pathologiæ praeceptis, publice plantarum officinalium uſum medicum diligentius exponet. Hora autem alia privatim iis inſervire ſtudebit, qvi Chirurgiam medicam addiſcere cupiunt. Ceterum commoda hora expediet, qvid de Formulari celeberr. Junckeri reſtabit.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philoſ. P. P. O. & *SERENISS. DVCI* a Conſil. Aul. ob negotia clementiſſime ſibi demandata abſens, hoc ſemeſtri laboribus academicis vacare adhuc impeditur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS IOANNES GUSTAVUS KARSTEN, Math. P. P. O. hora legitima VIII-IX. prima Matheſeos Puræ Elementa tradet ſecundum præcepta ab ipſo expoſita *in dem Lehrbegriff der geſamten Mathematick* ejusque Parte I. In uſum provectiorum hora II-III. explicabit ejusdem libri Partem II. quæ Calculum litteralem ſive ſpecioſum complectitur cum ejus adplicatione ad Arithmeticam communem & Geometriam Elementarem, ideoque præcipue de quadratis & cubis theorium ſpecialem ac de potentiis reliquis generalem ſiſtit cum dilucida expoſitione Logarithmorum theoriæ. Et qvod ad Geometriam adti-

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

adtinet, utriusque Trigonometriæ, tam planæ, quam ſphæricæ capita fuſius illuſtrabuntur cum adplicatione ad dimetiendas tam ſuperficierum quam ſolidorum extenſiones. Præterea hora IX-X. Curſum Matheſeos Adplicatæ inchoabit commentatui us in *Ill. KÆSTNERI Anfangsgruende der angewandten Mathematick.* Horis privatis Artem Agrimenſoriam docebit cum Architectura utraque civili & militari.

EOB. TOZIVS, Hiſt. P. P. O.

Hora X - XI. Res in praecipuis Europae Regnis pace belloque geſtas enarrabit ad filum Libri Achenwalliani: Geſchichte der vornehmſten Europäiſchen Reiche u. Staaten im Grundriſſe.

Hora XI - XII. docebit Hiſtoriam Imperii R. G. Duce Ill. PUETTERO in libello, quem inſcripſit: Grundriß der Staatsveränderungen des teutſchen Reichs.

Notitiam quoque Regnorum & Rerumpublicarum Europae tradet, commentatione illuſtraturus librum a ſe nuper editum, cui titulus eſt: der gegenwärtige Zuſtand von Europa. De hora cum Auditoribus conueniet.

OLAUS GERHARD TYCHSEN, Phil. D. & LL. OO. P. P. O.

h. VIII. Prophetas minores e fonte ebraeo explicabit.

h. 9. fundamentale ebraeum &

h. 10. Lectiones curſorias in N. T. epiſtolas Paullinas inſtituet

h. XI. Tribus prioribus hebdomados diebus *antiquitates ebraeas* duce Ikenio; tribus poſterioribus *antiquitates graecas* praeeunte cel. Bruningio expediet.

h. 2. p. m. Diebus Lunae & Martis *Syriacae*; Jouis & Veneris *Arabicae dialectorum* fundamenta ſternet; Mercurii vero & Saturni diebus hiſtoriam litterariam orientalem tradet.

h. 4. Coll. *Diplomaticum orientale* ſeu manuductionem ad legenda omnis generis Rabbinica & Arabica manuſcripta, iis qui ſapere audent, lubenti animo ſummaque fide ſuppeditabit.

IO.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010

IO. NIC. TETENS, Prof. Phyſ. P. O. Deo volente

I) Hora VIIma matutina *Philoſophiam Inſtrument.* ſ. Logicam, aut cel. *Reimari*, aut *Grauesandii*, exponet.

II) *Metaphyſices* ſelectiora capita, duce *Grauesandio*, additis propriis praeceptis, eadem qua per hoc ſemeſtre hybernum vſus eſt ratione denuo dilucidabit.

III) *Philoſophiae Naturalis* ſ. *Phyſices* dogmatico-experimentalis principia, quae conſcripſit ill. *Segnerus*, commentabitur.

IV) *Ethices* quoque *Philoſophicae* b. *Baumgartenii* praecepta illuſtranda offert cupientibus.

Horas his poſterioribus Praelectionibus dicandas in Tabula publica definiet.

SAMUEL SIMON WITTE, J. N. & G. P. P. O.

Hora VII-VIII. *morum Philoſophiam*, praeeunte *Ill. Darjeſio*, in libro, cui titulus: **Erſte Gründe der philoſophiſchen Sittenlehre**, docebit.

Hora VIII-IX. *Logicae* praecepta ad filum *compendii Darjeſiani*, quod, *Via ad veritatem* inſcribitur, explicabit.

Hora IX-X. Principia *Juris naturae & gentium* duce eodem *Ill. Darjeſio* in *Inſtitutionibus Jurisprudentiae vniverſalis*, tradet.

Hora II-III. ad *cel. Achenwallii* librum, **die Staatsklugheit nach ihren erſten Grundſätzen**, commentabitur.

Scholas denique *metaphyſicas* ac *aeſtheticas* aperire decrevit; nec illis deerit, qui manuductionem eius ad *artem diſceptandi*, & *Hiſtoriam litterariam recentiorem* ab illo deſiderabunt.

* * *

Qui praeterea corporis exercitiis operam nauare cupiunt, magiſtros quoque habent artium eo pertinentium peritiſſimos.

P. P. *Bützovii* circa Feſtum Paſchatos A. MDCCLXVII.

Preview: Personal- u. Vorlesungsverzeichnisse, © Universitätsbibliothek Rostock 2010